

deglutire, [fol. 41^a] nec aliquo conamine rejicere. Qui cum magno labore¹ afficeretur in tantum, quod omnis conventus sibi condoleret, videntes eum tam enormi dolore laborare, tandem ad consueta patrocina sanctissimi patroni nostri, beatissimi Blasii² convolarunt, deprecantes, ut succurreret patienti, promissione illa animati, ut de eo canimus: „non solum hominibus, sed etiam diversi generis animantibus³ quidpiam doloris in gutture habentibus succurrere consuevit, si fide pura invocetur.“ Stاتم ut invocatus fuit, dicto celerius ossiculum deglutendo liberatus sanitatem inlegerrimam adeptus est.

64. O mira charitas tua, sanctissime Blasi, quae sic dolet miserias alienas; vere per omnia laudandus et praecipuis patrociniis extollendus, qui non merentibus, sed fide devote invocantibus semper adesse consuevist; quod non solum in hoc facto, sed in cottidianis tuis beneficiis laetificari consuevimus. Sicut in puero patet quodam nostrae familiae⁴; qui cum denarium, sicut solent pueri, in ore teneret⁵, gutturi eius tam valide infixus fuit, [ut⁶] nec glutire⁷, nec anhelitu rejicere posset; magnis clamoribus et ejulatibus molestabat omnes ipsum intuentes, praecipue tamen parentes, qui magnis aestuabant doloribus propter tam horrendum cruciatum pueri. Quid agerent, quidve facerent, vel quo se verterent, prorsus ignorabant. Tandem se vertunt ad pium patrocinium pii nostri patroni, ut succurreret, et non sineret tam infantilem aetatem suae familiae tam stupendo cruciatu deperire. Qui sanctus Blasius, quia semper piis precibus non discernens aetates sed mentium qualitates, pie annuere consuevit, praecipue sibi famulantibus. Stاتم ut invocatus fuit, puerulus denarium sputamine reiectum⁸ [fol. 41^b] nihil mali amplius sensit.

65. O sancte Blasi! haec tua pia sunt opera, qui

¹ für dolore f. unten Kap. 68. ² Blasii patrocinium, f. tenens, f. ³ ut fessit, wahrscheinlich stand neve im Orig. ⁴ gutturi, f. ⁵ besser wäre denario cum sputamine rejecto.

* Die Reime beginnen hier mit hominibus — animantibus und gehen noch im Kap. 64 u. 65 fort. Ebenso kommen sie auch in den letzten Kapiteln des 3. Buches vor, welche von den Wundern moderner Tempore, d. h. von der Zeit 1391—1408 handeln und ohne Zweifel Zusätze sind oder eine Fortsetzung bilden, welche von dem zweiten Verfasser herrühren. Legenden in Versen finden sich aber schon im 13. Jahrhundert, wie z. B. in Pothonis Prunveningensis de miraculis s. Mariae cap. 38. de episcopo hono ganz in Versen verfasst ist. S. Ausgabe von Bernh. Bez p. 409. Wie oben bemerkt, steht auch in einer alten vita des hl. Blasius eine metrische Legende in den Acta SS. Febr. pars I. p. 350.

** Die übrigen Dienstboten des Klosters.

Quellensammlung. IV.

semper innocentiam puerilem dilexisti; unde de te canere solemus*: „qui bino dotatus filio, cum quibus martyrio sumpto coelum laetus ingressus es.“ Vere mira pietas Christi, qui omnibus se invocantibus cum patrocinio sanctissimi patris nostri semper adesse rupis morulis nunquam moestificatos inexhileratos fore permittit. Erat autem denarius ille tantae latitudinis, quod absque periculo mortis puer, nisi adiutus divinitus, evasisse non potuisset. Qui denarius postea a multis causa miraculi consideratus omnes in stuporem vertit, considerantes tam evidens prodigium, sed non est mirum, si deus hominem aliqua molestia oppressum liberaverit, qui ipsum de limo formavit.

66. Cuidam¹ e fratribus monasterii sancti Blasii, dum piscem nimis avidè comedendum² acceleraret, spinam nescius deglutire volens, tam valide gutturi infixam est, quod nullo modo eam evellere poterat, qui multum anxius dolore instigante, tandem ad patrocinium sui patroni convolvit, intelligens, se mortis periculum vix evasurum, nisi patrocinio ipsius adiutus evelleretur, quem cum enixius orando imploraret, dicto citius, mirum dictu, spina ipsa ori impulsam est, quam manu recepit et³ cum gaudio magno mirabatur celerem operationem talis miraculi erga se gestam.

Simili modo alteri confratri monasterii similis passio evenit, qui etiam liberatus fuit per sanctum Blasium.

67. Item unus e fratribus volens visitare parentes, quod etiam fecit, sed in reversione, cum monasterium repeteret, diabolo instigante, ut certissime⁴ credi potest, in nota via oberrando ad paludosum locum pervenit, ubi [fol. 42^a] equo, cui insederat, dimerso usque ad sellam, ipse utcumque poterat, in solidam terram se recepit. Qui cum multum molestaretur, intelligens, se nullo modo posse succurrere equo, quia vix quatuor vel sex viris abstrahi potuisset, tandem invocato sancto Blasio dicto citius, quasi in ictu oculi, nesciens qualiter vel quomodo, quasi volatu, non dicam saltu, solidae⁵ terrae expositus est. Qui pro nimio gaudio, quasi nesciens loqui in admiratione magna, laetabatur de mirabili eventu tam insoliti miraculi, repetensque⁶ equum remeavit ad monasterium.

68. Item quidam e fratribus cum aestivo tempore in aquoso quodam loco deambularet calceamentis abstractis, sensit stimulum valde dolorosum, sed nescius,

¹ quidam, f. ² comedendo, f. besser comedere. ³ f. receptam cum. ⁴ artissime, f. ⁵ solide, f. ⁶ Der Sinn fordert recipiensque.

* Die folgende Stelle ist aus dem Officium des Heiligen, wie es im Kloster gefeiert wurde.